



**Cl. Viri Valerii Andreæ Desselii In Academia Lovaniensi  
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Coloniae, 1697**

X. De ordine cognitionum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](#)

sunt feriae messium & vindemiarum : c.e. &  
aliæ Repentina seu Extraordinaria, quæ ult. b. t.  
scil. pro rebus occurrentibus ab Imp. d.e. ult.  
( unde & Imperiales dictæ) vel Rege in- in fine I.  
dicuntur.

A. nullor.  
C. eod.

Interestne inter has ferias?

Plane interest, quod quidem ad iudi-  
cium attinet: quia actus iudicialis die  
festo, sive feriis ad divinum cultum in-  
stitutis, celebratus, licet ex utriusque  
partium consensu, est ipso iure nullus;  
non etiam actus iudicialis tempore fe-  
riatum ob messem & vindemiam mu-  
tuo litigantium consensu celebratus.

Ratio diversitatis est, quia in priori ca- d.e. ult.  
si feriae iuriis sunt publici, non tam in in fine:  
singulorum gratiam, quam rotius Reip.  
causâ introductæ, & mandatae aucto-  
ritate Ecclesiaz, quibus propterea pri-  
vatâ pactione renuntiari non potest.  
Posteriori verò casu feriae in singulo.  
rum potius gratiam, quam Reip. causâ,  
introductæ sunt, unde & singuli renun-  
tiare his feriis possunt.

d.e. ult.  
in prime.

### De ordine cognitionum.

#### TIT. X.

Aliquando incident quædam in iudi-  
cium

F 5

cium

cium definienda, antequam in causa  
principali procedatur, vel de quibus  
discepatur inter actorem & reum  
quæ causa prior & quæ posterior  
cognosci debeat, id est hic sequitur  
Tit. De ordine cognitionum.

*Quid si igitur questio prejudicialis natalium, an quis sit filius, vel proximus cognatus, incidat in judicium petitionis hereditatis?*

**T**unc prius cognoscendum & prouinciandum erit, quem esse filius  
legitimum, vel cognatum proximum  
quam an hereditas ei restituenda sit  
vel non: quia causa major (qualis  
est questio natalium) trahit ad lectionem  
c. 54. de  
judic. 1.  
b. t.  
*c. i. h. c.*  
minorem, id est, causam de heredi-  
tate restituenda, sive coram eodem  
judice agatur, sive etiam coram direc-  
tiss, veluti de causa natalium coram iudice Ecclesiastico & de causa heredi-  
tatis coram laico. Sic & exceptio con-  
sanguinitatis objecta mulieri, vi-  
canti aliquem in maritum, est preju-  
dicialis, prius discutienda, quam super  
matrimonio pronuntietur.

*Quid si agenti spolii nomine vicissim  
jiciatur spolium?*

Tod

Tunc refert, an per modum exceptionis, an verò per modum actionis spolium objiciatur. Nam si reus excipiat se vicissim spoliatum, prius de hac spolii exceptione cognoscendum, <sup>c. 2. vers.</sup> quam de actione spolii. Quia licet spoliatus ante omnia sit restituendus, ita ut ante restitutionem non cogatur regulariter respondere suis spoliatoribus; tam quando regeritur spolium in modum exceptionis, prius cognoscitur de spolii exceptione. Secus, si per modum actionis, id est, si Reus non excipiat, sed vicissim agit, se esse spoliatum,

*Quid si actio criminalis & civilis si-  
mul concurrant?*

Tum criminalis principaliter inten- <sup>can.</sup> Ci-  
tata excludet civilem. Ubi verò civilis <sup>vitis l. 11.</sup>  
præjudicat criminali, vel contra præ- <sup>q. 11.</sup>  
cedere illa debet, uti præjudicialis, & c. Sic cri-  
altera sequi. Quando autem altera al- <sup>mē 11. q.</sup>  
teri non est præjudicialis, tunc crimi- <sup>11. Vide</sup>  
nalis & civilis conjungi possunt. <sup>Fachin.</sup>

<sup>c. 2.</sup>

De plus petitionibus.

TIT. XI.

Inter incidentes quæstiones est & hæc  
F 6 de